



BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEÓN

E SACRA CONGREGATIONE RITUUM

SENOGALLIEM

Plura solvuntur Dubia circa Missas Conventuales.

R. D. Primus Batistini. *Mansionarius et Ceremoniarum Magister Ecclesiae Cathedralis Senogallien, de consensu Rmi. sui Ordinarii, a Sacrorum Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutionem humillime expostulavit, nimirum:*

I. *Ad quos spectet Missam Conventualem sive de feria sive de festo diebus ferialibus in Cathedrali Ecclesia celebrare?*

II. *Utrum dies 19 et 25 Martii computandi sint inter feriales, ita ut Missa Conventualis de feria ad Mansionarios spectet, cum in illis Festa S. Joseph et Annuntiationis Deiparae occurrant?*

III. *Num Mansionariis legitime impeditis in casu liceat pro Missa Conventuali sibi substituere Sacerdotem, qui non sit de gremio Ecclesiae Cathedralis?*

IV. *Utrum tolerari possit consuetudo recitandi Sextam et Nonam Horam ante Missam Conventualem?*

V. *Posuntne psalmi ita alternatim dici, ut versus alter concinatur a choro, alter vero recitetur sub organo, clara ac distincta voce, ab uno ex Mansionariis?*

VI. Utrum, absente vel deficiente sacri concentus schola, quae ex Ecclesiae huius consuetudine relativas Missae partes cantabiles et Vesperarum psalmos, uti quandoque et Matutini, exequi solet, canonici et Mansionarii teneantur a seipsis supplere saltem in Cantu Gregoriano?

VII. Utrum Chorales ad asteriscum psalmorum pausam facere teneantur?

VIII. Utrum organa pulsari queant feria V in Coena Domini per totum hymnum Angelicum et Sabbato Sancto ab eiusdem hymni initio et deinceps?

Sacra porro Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, praehabita informatione et sententia Rmi. Dni. Ordinarii Senogallien, auditio etiam Rom. Capitulo illius Ecclesiae Cathedralis aliisque interesse habentibus, atque exquisito voto Commissionis Liturgicae omnibusque accurate perpensis, ita respondendum censuit;

Ad I. Ad Mansionarios per turnum iuxta Decretum 2548, *Senogallien*, diei 18 Februarii 1794.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Negative et ad mentem.

Ad IV. Regulariter Negative et serventur Rubricae.

Ad V. Affirmative: dummodo et organa non sileant, et insufficiens habeatur choralium numerus.

Ad VI. Affirmative.

Ad VII. Affirmative et servetur Decretum 3122 *S. Jacobi de Chile* diei 9 Iulii 1864.

Ad VIII. Affirmative iuxta Decretum 3515 *Viglevanen*, diei 11 Iunii 1880 ad IV, et Rubricas.

Atque ita rescripsit. Die 4 Martii 1901.—L. ✕ S.—D. Card. *Ferrata*, Praef.—† D. *Panici*, Archiep. Laodicens. Seqr.

FORMULA BREVIOR BENEDICENDI

lilia in honorem S. Antonii Patavini conf., die 13 Junii, pro sacerdotibus facultatē habentibus, ad Apostolica Sede obtentam.

Sacerdos superpelliceo et stola coloris albi indutus lilia benedicturus dicit:

- ꝝ. Adiutorium nōstrum in nomine Domini.
R. Qui fecit coelum et terram.
ꝝ. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S

Deus, Creator et Conservator gēneris humani, sanctae puritatis amator, dator gratiae spiritualis, et largitor aeternae salutis, benedictione tua sancta bene~~X~~ dic hacc lilia, quae pro gratiis exolvendis, in honorem sancti Antonii Confessoris tui supplices hodie tibi praesentamus, et pētimus benedici. Infunde illis salutari signaculo~~X~~ Crucis, rōrem coelēstem. Tu benissimē, qui ea ad odoris suavitatem depellendasque infirmitates, humano usui tribuisti; tali virtute reple et confirma ut quibuscumque morbis adhibita, seu in domibus locisque posita, vel cum devotione portata fuerint, intercedente eodem famulo tuo Antonio, fugent daemones, continentiam salutarem induant, languores avertant, tibique servientibus pacem et gratiam concilient. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde aspergit lilia aqua benedicta interin dicens: Asperges me etc., ac postea subdit:

- ꝝ. Ora pro nobis, beate Antoni.

- R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

O R E M U S

Subveniat plebi tuae, quaesumus Domine, praeclari Confessoris tui beati Antonii devota et iugis deprecatio: quae in praesenti nos tua gratia dignos efficiat, et in futuro gaudio donet aeterno. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Eis dictis, lilia distribuit.

Concordat cum suo Originali, a Ssmo. Domino Nostro Leone Papa XIII, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, die 26 Februarii 1901, approbato.

In fidem etc.

Ex Secretaria Sacr. Rit. Congreg. die 22 Martii 1901.

D. PANICI Arch. Laodicen. S. R. Cong. Secret.

LEÓN XIII Y EL CANTO GREGORIANO

El soberano Pontífice acaba de dirigir al reverendísimo Dom Delatte el siguiente Breve, que es para el eminente Abad de Solesmes y para los Religiosos de su gloriosa abadía un testimonio de los más preciosos, á la vez que un grande aliento y un motivo de verdadero júbilo para todos los partidarios de la restauración del canto gregoriano.

Dice así:

«LEÓN XIII, PAPA

QUERIDO HIJO: Salud y bendición apostólica.

Conocemos y hemos alabado en otras circunstancias los esfuerzos inteligentes que habéis desplegado en la ciencia de los cánticos sagrados que, según la tradición, deben ser atribuídos á Gregorio el Grande como á su autor.

Por esto mismo no podemos menos de aprobar los trabajos tan laboriosos y tan perseverantes que habéis consagrado á buscar y extender los antiguos monumentos de este género. Los frutos diferentes de esos trabajos los hemos visto contenidos en esos tomos bastante numerosos que nos habéis dirigido en diversas épocas, y que hemos recibido como un presente muy agradable. Dichas obras, según hemos sabido, están hoy muy extendidas, causan la admiración del público y se hallan en uso constante en diferentes lugares, todo el celo que se ha empleado en la ilustración y propagación de esa compañera y

eficaz auxiliar de los ritos sagrados, merece ser alabado, no solamente á causa del talento é ingenio que en ella se emplean, pero lo que más importa todavía, á causa del desarrollo que de ella se espera para el culto divino.

En efecto, los cantos gregorianos han sido compuestos con mucha habilidad y gusto para aclarar el sentido de las palabras. Existe en esos cantos, con tal de que no se ejecuten sin arte, una gran potencia, una suavidad maravillosa; mezclada de gravedad, y que, penetrando fácilmente en el alma de los oyentes, puede muy apropiado hacer nacer en ellos piadosos movimientos y alimentar en ellos pensamientos saludables.

Conviene, pues, que todos aquellos, sean quienes fueren, y, sobre todo, aquellos que pertenecen á uno y otro clero, que se sientan capaces de obtener algún resultado en esta ciencia ó en este arte, trabajen en ellos con celo y ardimento, cada uno según sus fuerzas. Con tal de que quede á salvo la caridad mutua, la sumisión y el respeto que son debidos á la Iglesia, los trabajos de un gran número de hombres en una misma materia pueden producir muchos frutos, como los han producido vuestros propios estudios.

Como prueba de las gracias divinas, y también de Nuestra paternal benevolencia, Nos concedemos muy afectuosamente en el Señor la bendición apostólica, á vos, querido hijo, y á vuestros hermanos.

Dado en Roma, cerca de San Pedro, á 17 de Mayo de 1901,
y en el veinticuatro de Nuestro pontificado.

LEÓN XIII, PAPA.»

APROBACIÓN DEL INSTITUTO
DE HERMANAS DE LA SANTÍSIMA TRINIDAD

Sagrada Congregación de Obispos y Regulares

DECRETUM

Religiosas inter mulierum familias de Ecclesia ac de civili societate optime meritas, quae postremis hisce temporibus prodierunt, praeclarum tenet locum Congregatio Sororum a SSma.

Trinitate nuncupata, quam Sacerdos Franciscus ab Asis Mendez Casariego, Ecclesiae Cathedralis Matritensis Canonicus, a*l* initium anni 1885 in eadem urbe fundavit. Haec pia Societas, Deo iuvante, paucos, post annos adeo crevit, ut modo quinque domos possideat quarum una, quae princeps et aliarum mater est, in urbe Matriten., altera in Archidiocesi Hispalen.; duae in Dioecesi Santanderien., quinta demum in Barcinonem. Dioecesi institutae reperiuntur. Quibus in domibus praeter quadraginta duas novitias et postulantes, octoginta octo Sorores professae degunt. Haec Sorores sub regimine Superiorissae Generalis vitam communem agentes, habitumque regularem gestantes, novitiatus biennio rite absoluto, assuetis obedientiae, paupertatis castitatisque simplicibus votis obstringuntur, quae prius ad tempus, dein in perpetuum emittunt.

Praeter propriam sanctificationem, quam per praefactorum trium vōtorum observantiam assequi nituntur: peculiarem finem habent, ac in id maxime intendunt, ut puellas derelictas et juvenes pereclitan es, nec non prolapsas e carceribus vel hospitalibus et e domibus pēditionis eductas omni charitate excipiant, alant et christianis moribus solidaque pietate instruant.

Quae omnia Superiorissa Generalis una cum suis Consiliariis SSmo. Domino Nostro Leoni divina Providentia PP. XIII nuper exponi curavit enixis praecibus expostulans ut enuntiatum Institutum ejusdemque Constitutiones, quarum exemplar exhibuit, Apostolica approbatione condecorare dignaretur. Quem ad finem litteras commendatitias adjecit, tum Emi. Card. Archiepiscopi Catanen., olim Nuntii Apostolici Matriten., tum Antistitum dioecesium. in quibus praefatae domus reperiuntur. Qui eximiā Sororum caritatem, zelum ac disciplinam nec non opera fructuosa experti, ipsas amplissimis laudibus prosequuntur ac S. Sedis benignitate commendant. Quibus omnibus relatis in audiētia habita die 30 Martii 1901 ab infrascripto Card. Praefecto S. Congregationis Episcoporum et Regularium negotiis et consultationibus praepositae, Sanctitas Sua omnibus perpensis, attentisque praesertim litteris commendatitias tum Antistitum, in quarum Dioecesibus pia Societatis domus existunt, tum Emi. Archiepiscopi Catanen., memoratam Congregationem Sororum a SSma. Trinitate uti Institutum votorum simplicium sub regi-

mine Moderatricis Generalis, salva Ordinariorum jurisdictione ad formam SS. Canonum et Apostolicarum Constitutionum, nec non ejusdem Instituti Constitutiones approbavit et confirmavit, prout praesentis Decreti tenore approbat atque confirmat.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 11 Aprilis 1901.—FR HIERONIMUS M., CARD. GOTTI. *Praefectus.*

APROBACIÓN DEL INSTITUTO
DE LAS HERMANAS DE LA PUREZA DE MARÍA SANTÍSIMA

E. S. Congregatione Episcoporum et Reguliarium

DECRETUM

Anno Reparatae Salutis 1809 in Dioecesi Maioricensi, auctore fel. rec. Bernardo Nadal et Crespi ejusdem Dioecesis Episcopo, ortum duxit pium Institutum Sororum a Puritate B. M. V. vulgo «de la Pureza de María Santísima» nuncupat., Peculiaris finis ac scopus praefatis Sororibus propositus in eo est ut ipsae primum quidem propriae consulant santificationi per vota obedientiae, paupertatis et castitatis certamque vivendi normam sui in constitutionibus praescriptam, tun vero sedulo incumbant ad institutionem piisque educationem puellarum. Cunctae autem utuntur vestibus ejusdem formae, vitamque ducunt. perfecte communem, sub regimine Moderatricis Generalis, et exacto novitiatu, recensita tria vota, prius ad tempus, dein in perpetuum, ritu simplici emittunt. Porro enuntiatae Sorores, divina favente gratia, bonum Christi odorem jugiter effundentes, in pluribus Maioricensis Dioecesis oppidis, adeo uberes, ad Dei gloriam atque animarum salutem, tulere fructus, ut non solum ab omnibus Episcopis praedictae Dioecesi successive praepositis, sed etiam ab Hispaniae Regibus reique publicae Moderantibus peculiaribus favoribus praeconiiisque condecoratae fuerint. Item r. p. d. Aschiepiscopus Valentinus qui Instituti domum sua in Archidioecesi se habere laetatur, egregiis earumdem Sororum meritis testimonium ultiro perhibuit, ipsasque una cum Episcopo Maioricensi Sanctissimo Domino Nostro Leoni

Divina Providentia PP. XIII pro Apostolica approbatione enixe commendare non dubitavit.—Itaque Sanctitas Sua re mature perpensa attentisque praesertim commendationibus praefatorum Antistitum, benigne annuens precibus a Superiorissa Generali ejusque Consilio humillime porrectis, in audience habita ab infrascripto Cardinali S. Congregationis Episcoporum et Regularium Praefecto die 6 Maii 1901., supramemoratum Institutum cum suis constitutionibus uti Congregationem votorum simplicium sub regimine Moderatrici Generalis, aprobare et confirmare dignata est; prout praesentis Decreti tenore approbat et confirmat, salva ordinariorum jurisdictione ad formam SS. Canonum et Apostolicarum Constitutionum.—Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 10 Maii 1901.—Fr. Hieronymus M.^o Card. Gotti Praef.—L. Panici, Srius.

VICTOR HUGO Y LA ENSEÑANZA RELIGIOSA

Hé aquí algunos párrafos de un discurso pronunciado por Víctor Hugo en la Cámara de los Diputados el 15 de Enero de 1850:

«Lejos de querer proscribir la enseñanza religiosa, «la creo ahora más necesaria que nunca.»

«Existe actualmente por desgracia la tendencia de «cifrarlo todo en este mundo».

«Al dar al hombre como fin la vida terrenal, se agravan sus miserias por la negación que se encuentra al término de aquélla, y al peso de las desgracias se añade el no menos insoprible de la nada; convirtiendo el sufrimiento, que es una ley de Dios, en desesperación, y de ahí las grandes convulsiones sociales».

«Yo soy de los que desean con ardor mejor el estado material de los que sufren, y el mejor medio es conservarles ó devolverles «la esperanza en otra vida, lo cual sólo se consigue mediante la educación religiosa. Abogo, pues, con todas las fuerzas de mi alma por «la educación religiosa de la iglesia».